

ter supplicavit, ut saltem super purgatione incontinentie dignaretur temperare rigorem, quia non deberet asserere, quod a natiuitate sua nunquam passus fuerit lapsum carnis. Porro cum ab eis non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramentum, potius forte presumimus, quod alia de causa volebat sub prescripta forma jurare; videlicet quod immunitas erat ab illis criminibus de quibus fuerat infamatus, tanquam dimissis per poenitentiam iam esset immunis ab illis: sed hoc jurare, non parva temeritatis existeret: cum beatus Job dicat: Et infra. Ideoque prescriptam purgationis formam secundum quam idem Archiepiscopus obtulit se purgare, reprobamus, utpote indifcretam, temerariam, & ineptam: injungentes eidem, ut si voluerit & potuerit secundum hanc formam se purgare, secundum sanum intellectum, quem ei duximus exprimendum, videlicet quod illa crimina graviora, id est, simoniam, venditionem iustitie, atque incontinentiam, de quibus infamatus extitit, juret se minime commisisse, postquam ad Archiepiscopalem promotus est dignitatem, & compurgatores sic jurent, quod credunt eum verum iurasse: quo facto vos illum dimittat in pace, alioquin, &c.

Job. 9.

DE PURGATIONE VULGARI.

TITULUS XXXV. I. CELESTINUS III. [c. an. 1195. Roma.]

Duella, & alie purgationes vulgares prohibite sunt, quia per eas multoties condemnatur absolventis, & Deus tentari videtur. Hoc dicit totus titulus.

CURA suscepti regiminis: [Et infra a.] Cum t. f. duxerit Sedem Apost. consulendam, utrum super Ecclesiarum possessionibus duella debeant sustineri. Tuæ duximus sollicitudini respondendum, quod in eo casu, vel alio casu hoc non debes aliquatenus tolerare.

[Sæpe dicitur tamen multa eum non desinat infamare, unde nobis humiliter supplicavit, ut ab illorum impietionibus solutum, faceremus ipsum prædictarum Ecclesiarum pacifica possessione gaudere.]

II. INNOCENTIUS III. Priori Sancti Sergii Spoletan. [c. an. 1212. Româ in Umbriam.]

Summatum est supra cap. proximi.

Significantibus V. Laico, & Fratibus ejus ad nostram novem audientiam pervenisse, quod cum quidam eos super furti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum in quo alii peccatis suis præpeditibus ceciderunt: propter quod per Consules Spoletanos bonis fuerint propriis spoliati: nunc vero furtum apud alios est inventum, & quod ipsi fuerint innocentes, est, faciente Domino, revelatum. Unde Consulibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata restituant universa.

III. HONORIUS III. [c. an. 1225. Roma.]

Summatum est supra cap. I.

Dilecti filii noviter in Livonia baptizati, gravem ad nos querimoniam destinarunt, quod fratres Templariorum, & alii qui temporalem in eis potestatem exercent, si quando de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candentis judicium subire compellunt: quibus si qua exinde sequatur aduſtio, civilem poenam infligunt. Cum igitur huiusmodi iudicium sit penitus interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, ut ab huiusmodi converſorum gravamine omnino desistant, per cens. Eccles. appel. remota compellas.

[Et alii.] Et quidam Advocati & Judices. Judicium V. C. addit secuti. Vide Ivonem Episc. 74. 91. & 254. Dicitur fratres V. C. addit, Ordinem in Livonia profiterentur. Vide Chronic. Sclavorum pag. 199. Crant. Dania 4. 24. & Tritheim. Hirsaug. pag. 224. Compellat.]

DE INJURIIS ET DAMNO DATO. TITULUS XXXVI.

I. IN EXODO.

Propter ejus breviteratem, non summatum.

Rixati fuerint homines, & percussit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, si jacuerit in lecto, qui percussit, operas ejus & impensas in medicos restituat.

Vide I. fin. cum gl. de concor. ff. de sicor. al. in: sed jacuerit.

Exod. 21.

Ivo, par. 10. c. 15.

C. an. eod. tit. in 1. Compil. Vide Concil. Trid. sess. 25. de ref. c. 19.

Cap. an. eod. tit. in 11. Compil.

Vide B. Thom. 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 3. arg.

Toties puniendus est criminiosus, quoties delictum iterat.

EA que frequenter prævaricatione iterantur, frequenti sententia condemnantur.

II. EX CONCILIO Triburienſi. [in Germania.]

Interficiens Presbyterum puniendus est: & pena pars Ecclesie, cui præfuit, alia pars pro ejus anima distribuitur. Presbyteri interfecti compositio Episcopo ad cuius Parochiam pertinet tollatur: ita ut medietatem utilitatibus Ecclesie, cui præfuit, tribuat, alteram in ejus elemosynam iuste distribuat. Quia nullus ejus hæres proximior videtur, quam qui ipsum Domino sociavit.

PITH. Presbyteri, &c. Can. omnes. caus. 17. cap. omnes. quest. 4. Medietatem.] Adde Veregildi.

III. ALEXANDER III. Cantuarien. Archiepiscopo. [c. an. 1180. Româ in Angliam.]

Non debent Prælati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis causâ ex cupiditate poenam pecuniariam imponere.

Lectus juxta Apostolum: [Et infra a.] Accepimus, quod Archidiaconi Conventren. Episcopatus pro corrigendis excessibus, & criminosis puniendis, a Clericis & Laicis poenam pecuniariam exigunt, & pro annua exactione poeniam personarum quandoque suspendunt, Ecclesias interdiciunt, & a Vicariis denarios, ut eos in Ecclesiis cantare permitant, exigere non formidant, & alia agunt, quæ Canonum obviet instituta, & de radice cupiditatis & avaritiæ prodire videntur: Et infra. Mandamus, quatenus Archidiaconis predicti Episcopatus hoc districtus interdicas: si autem contravenire præsumperint, eos appel. cellan. Eccles. compellas.

[Arguere, obſervare & increpare studeamus: sic tamen debemus excessus corrigere singulorum, ut probemur non que nostra sunt, sed que Jesu Christi sunt, querere, ut in correctione faciendâ videamur modestiam, & mansuetudinem servare.]

PITH. Licet, &c. Vide Sarisberienſi. pag. 169. Match. Paris pag. 134.

IV. IDEM in Concilio Turonen. [in Gallia.]

Vidus condemnatur viduori præſenti in expensis, etiam in causis pecuniariis, & unum casum excipit.

Alumnium & audaciam temere litigantium condemnando in expensis, & alio multiplici remedio sanctio imperialis compellit. Quoniam igitur sacris institutis conſonare dignoscitur: præcipimus, ut in decetero in causis pecuniariis victori, in expensis condemnemur: nisi sententia pro absente feratur.

PITH. Sanctio imperialis.] L. properandum. §. sine autem. C. de Judic. Præcipimus, &c. Joannes Galli quest. 275. Ordinat. Caroli quinti in Antiq. fol. 131.

V. INNOCENTIUS III. Midrosienſi Archiepiscopo. [c. an. 1212. Româ in Norvegiam.]

Clericus causam seu operam præbens bello, deponendus est. Quod in P. dubis: Et infra. Quia verò tam Sacerdotes, qui gubernant naves ad pugnam, quam qui personali ter exercent consuetudinem, & hi, qui alios incitant ad pugnam, omnes enormiter peccant: de rigore Canonico eos credimus deponendos.

PITH. Midrosienſi.] Nidrosienſi, vel Stridonienſi.

VI. IDEM London. Episcopo. [c. an. 1212. Româ in Angliam.]

Clericus pro magno scelere ab eo commissio, deponi debet, & in Monasterio detruat, ad agendam poenitentiam.

Tuæ discretioni prudentiam: Et infra. Ad illud, quod a nobis tertio requisisti, qualiter Clerici in latrociniiis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi puniri debeant. Respondemus, quod a suis ordinibus degradati, detruat debeant in archis Monasteriis, ad poenitentiam peragendam.

VII. IDEM Abb. & Fratrib. Crÿptæ Feratæ. [c. an. 1212. Româ.]

Si uterque contrahentium venit contra contractum, uterque potest exigere poenam, ad invicem promissam ex conventionione.

Constitutus in præsentia nostra: Et infra. Licet autem in instrumento Episcopi Lavitani expressa fuerit certa poena, quam pars contractum non servans, solveret obli-vioni: cum tamen utraque pars venisse contra illum, ex confessione propria convinctur, cum & pars vestra subtracterit Episcopo penionem, & Episcopus procuracionem exegerit ab eadem Ecclesia, sicut economus propoluit memoratus, utramque partem ab ea reddimus absolutam.

VIII. IDEM Priori S. Fridiani & Magistro B. Canonico Pifano. [c. an. 1213. Româ in Istriam.]

Parti II.

Est in Concil. Triburienſi sub Arnulpho Imperatore c. 4. sed aliis verbis referuntur. l. 6. Dec. c. 11. Ivo, p. 10. c. 140. & Gratia. five Pa-lea 17. q. 4. cap. omnes. Presbyteri.

Cap. 3. eod. tit. in 111. Compil. & post Conc. Lateran. sub Alex. III. p. 2. c. 3.

Vide Clem. 1: de penis c. Grosu. sup. de resti. spoli.

Cap. 5. eod. tit. in 1. Compil. & post Conc. Lat. sub Alex. III. p. 3. c. 2.

P. C. univ. eod. tit. in 111. Compil. an Clerico pugnare liceat, explicit B. Thom. 2. 2. q. 40. art. 2. & ibi Cui.

Cap. 3. tit. de vita & hon. Cler. in 111. Comp. Vide Bernar. Diaz in Practi. Crim. can. c. 84.

Pars cap. Constitutus, sup. de Re. leg. Dom. ubi invenies varietates de voce Lavitani.

Si testis propter vacillationem incarcerationis, infamiam non incurrit.

Super his, de quibus nos consulere voluistis: Et infra. Clericus autem, qui pro eo quod variaverat & vacillaverat egrum vobis, de mandato nostro captus est & detentus, infamiam non incurrit.

IX. IDEM Spoletano Episcopo. [c. an. 1213. Româ in Umbriam.]

Obligatus ad certam quantitatem, certa die sub poena solvendam, si partem intra terminum solvit, ad poenam integram non tenetur.

Uam ad nos Rectores & Clericorum Sancti Fortunati querimoniam transmiserunt, quod cum tibi essent in xxx. libris, per quoddam arbitrium condemnati, essetque poena nachi in xxx. librarum apposta. nisi ea solverent in termino constituto, tandem xxxiii. libris in termino perſolutis, occasione septem residuarum, per quasdam nostras literas ve-ritate tacita impetratas obtinuit eos in præfatis xxx. libris, stras, deest in tibi per Delegatum Judicem condemnari. Quia igitur te plerique antiqui non deceat in tantum Pontificalis modestie obſervari, ut inhonestis quælibet anhelando desideres cum aliena jactura ditari: mandamus, quatenus septem librarum solutione contentus super poena xxx. librarum, memoratos Rectores decetero non molestes.

X. IDEM. [c. an. 1213. Româ.]

Occidentales Prælatus, privantur beneficiis & feudis, quæ habent ab Ecclesia, cui præerat Prælati illi, nec eis vel heredibus restituantur, nec alia de novo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente, vel baronibus Episcopum, autem sunt similes poenæ: de quibus in Clem. Si quis fuadente. eodem tit.

Ad aures nostri Apostolatus pervenit, quod cum quidam Parociani tui ausu diabolico, bona memoria. I. Vincentium Episcopum, Prædecessorem tuum nequirer peremissent, feuda & beneficia, quæ illi a Vincentina Ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur majori sunt animadversione ple-tendi, nos tam tibi quam successibus tuis, auctoritate Apost. prohibemus, ne ipsis, aut heredibus eorum beneficia prædicta restituantur, seu de novo eis alia qualibet conferantur.

XI. IDEM. [c. an. 1213. Româ.]

Prorumpens contra Judicem, arbitrio Superioris punitur. Dilectus filius electus Sancti P. ad Montes: Et infra. Ne judicialis evanelcat auctoritas, cum de litigatorum improbitate contiterit, adversus affectionem Judicis temere prorumpentis, juxta Superioris arbitrium digna poterit animadversione puniri.

PITH. Sancti P. ad Montes.] Sancti Petri ad Montes Cathalaunenſis, Ordinis S. Benedicti, Diocesis Cathalaunenſis.

XII. IDEM in Concilio Generali. [an. 1216. Româ.]

Patroni, Advocati, vel Vicedomini vindicantes sibi in Ecclesiis plus quam jura permittant, per censuram Ecclesiasticam compellantur: & si occiderint Prælatus vel Clericum Ecclesie per se, vel per alios, perdat quod habent ab Ecclesia, & eorum posteri usque ad quartam generationem non admittuntur ad Clerum, nec in Religionibus præficiuntur.

In quibusdam Provinciis Ecclesiarum Patroni & Advocati, seu Vicedomini se in tantam insolentiam erexerunt, quod non solum cum vacantibus debet Ecclesiis de Pastoribus idoneis providere, difficultates ingerunt, & multas, verum etiam de possessionibus, aliisque bonis Ecclesiasticis, pro sua voluntate ordinare præsumunt: & quod horrendum est dicere, in necem Prælatorum prorumpere non formidant. Cum igitur, quod ad defensionis subsidium est inventum, ad deprellionis dispendium non debeat retorqueri: prohibemus expressè, ne Patroni vel Advocati, seu Vicedomini super præmissis, & si contra præsumptum, per leveritatem Canonice districtissime compellantur. Sacri nihilominus Concilii approbatione statuimus, quatenus si Patroni, vel Advocati, aut Feudatarii, seu Vicedomini, aut alii Beneficia alicujus Ecclesie, Rectorum vel Clericum alium ipsius Ecclesie, per se, vel per alios occiderint, vel mutilare ausu nefando præsumperint: Patroni jus Patronatus, Advocati advocatiam, Feudatarii feudum, Vicedomini vicedominatum, & Beneficia beneficium prorsus amittant. Et ne minus vindictæ quam excelsus memoria pro-rogetur, non solum de præmissis nihil perveniat ad hæredes, sed etiam usque ad quartam generationem posteritates talium in Clericorum Collegium nullatenus admittantur, neque in domibus regularibus alicujus prælationis assequantur honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum.

XIII. HONORIUS III. Præposito Archidiacon. & H. Canonico Suffragan. [c. an. 1222. Româ in Galliam.]

Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea persistierint, & movitua non pariterit Ecclesia, ab eis debito absolventur.

Ravem Capituli Lund. recepimus quæſtionem, quod cum Comes Regiitren. pro multis injuriis, quas irrogarat Laudunen. Regiitren. L 1 j

C. 3. tit. de Acc. in 111. Compil. al. nobis. al. vestro.

C. 1. eod. tit. in 11. Compil. Hec duo verba, bona memoria, deſunt in omnibus Vascianis.

C. 1. tit. de Prob. in 11. Compil.

Conc. Gene. cal. c. 45. & tit. in 11. Compil.